



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. IV. Actus internus & externus liber circa idem objectum, physicè sunt plura peccata, in morali æstimatione unicum. Actus externus vel eventus necessarius sufficit, ut incurratur censura tam in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

secundariam; quatenus dissonat rationi, Paulum obligatum ad non furandum, hortari ad furandum: praterea contrahit malitiam primariam injustitiae, quatenus Ioannes habet jus non solum ut tu non fureris bona ipsius, sed etiam ut nemo cooperetur alteri positive ad furtum suorum bonorum.

Illas autem malitias esse distinctas, probatur: quia si Petrus hortaretur Paulum ad furandum bona Joannis, sciens certo, furtum aliunde impediendum, contraheret malitiam secundariam (ut patet) quia esset causa quare Paulus vellet furari bona Joannis; absque tamen malitia primaria, quia (ut supponitur) Ioannes nihil patitur damni. Et vice versa, Petrus v.g. hortatur Paulum ad usurpandam rem Joannis, quam Paulus bona fide putat esse suam; Petrus autem certo scit esse Joannis; hortatio illa Petri contrahit malitiam primariam; quia Ioannes habet jus, ne Petrus cooperetur isti actioni a parte rei injusta; absque tamen malitia secundaria, quoniam Paulus non peccat, bona fide usurpando illam rem. Ita docet Dicastillo disp. 9. n. 271.

Sed contra: Ergo qui hortaretur hominem amentem ad fornicandum, vel hominem sanæ mentis ad copulam cum persona, quam putat bona fide esse suam, ipse autem scit esse non suam; nullam omnino contraheret malitiam: non primariam, quia, secundum illum Auctorem, etiam qui scientem & volentem induceret ad fornicandum, non contraheret primariam malitiam: non etiam secundariam, quia alius fornicando excusatur propter bonam fidem à formali peccato fornicationis; eodem modo, quo Paulus, usurpans bona fide rem Joannis, excusatur à formali peccato injustitiae. An autem hanc consequentiam Dicastillo admitteret, nescio: saltem ego non auisim talem cooperationem ad peccatum materiale fornicationis ab omni peccato excusare.

Deinde (ut revertamur ad casum nostrum) non dubito, quin in adulterio ex parte utriusque sit duplex primaria malitia injustitiae: nam (ut ait Apostolus 1. Cor. 7. v. 4.) Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Ergo vir invitat propriam uxorem tradens suum corpus uxori alterius, formaliter peccat contra jus, quod habet propria uxor in corpus sui viri: ergo ex hac parte contrahit malitiam primariam injustitiae; sicuti si bona propria uxoris, quorum ipsa habet dominium & liberam administrationem, daret uxori alterius. Praterea peccat contra jus, quod habet vir in corpus uxoris propriae; quo corpore ipse utitur contra voluntatem veri domini: ergo etiam ex hac parte contrahit malitiam primariam injustitiae; distinctam utique, sicut jus, quod mulier habet in corpus

sui viri, est distinctum à jure, quod vir habet in corpus suae uxoris.

Itaque in casu adulterii ex parte utriusque, adulter peccat contra jus propriae uxoris, & contra jus viri adulterae; quae jura indubie distincta sunt. Consimiliter adultera peccat contra jus proprii viri & contra jus uxoris adulteri. At verò in adulterio ex parte unius tantum, læditur jus unius dumtaxat vel viri adulterae; vel uxoris adulteri. Quid ergo mirum, si debeat adulterium ex parte utriusque distinctè explicari in Confessione; quidquid sit de malitia secundaria specie distincta, nuper ab Aliquibus inventa? Hic ergo sit finis præsentis Conclusionis. Finem autem Sectioni imponet resolutio hujus questionis: utrum actus internus & externus circa idem objectum sint plura peccata?

CONCLUSIO IV.

Actus internus & externus liber circa idem objectum, physice sunt plura peccata, in morali æstimatione unicum. Actus externus vel eventus necessarius sufficit, ut incurratur censure tam in foro interno, quam externo, estò præcesserit retractatio actus liberi. Solet etiam in Confessione explicari, quamvis per se non sit obligatio, veluti est obligatio declarandi actum externum liberum.

Pro clariori intellectu hujus Conclusionis, præmitto questionem magis speculativam, quam practicam: An actus exterior liber per se loquendo superaddat actui interno efficaci formalem bonitatem vel malitiam? Dico; Per se loquendo, quia certum est apud Omnes, actum externum sæpe esse occasionem majoris aut extensioris bonitatis vel malitiæ; tum ratione diuturnioris moræ; nam actus externus diutius durans, diuturniorem actus interni durationem exigit, & aliunde experimur facilius continuari voluntatem, quæ exterius occupatur: tum ratione majoris intentionis; ob delectationem enim vel difficultatem, quæ in actus externi exercitio reperitur, voluntas frequenter magis accenditur, & intensius in objectum fertur: tum ratione multiplicationis actus interioris, ut putà cum aliquis vult aliquid boni facere, &

76. cooperatio

77. cooperatio

77. cooperatio

78. Actus ex-

78. Actus ex-



tunc quidem non facit, postmodum autem vult & facit.

Itaque regulariter plus meretur, qui v. g. martyrium patitur, quam qui tantum illud interioris efficaciter desiderat: hac enim occasione frequenter ac ferventer actus internos repetit, & quidem necessario; nam actus penitenti solent paulatim remittere voluntatem, adeoque fortior voluntas requiritur ad sustinenda patienter tormenta, quae re ipsa inferuntur, quam dum solum mente proponuntur.

79. Praestantior est voluntas efficacior, quam inefficax.

Actus exterior superaddit interiori bonitatem vel malitiam obiectivam.

Dixi secundò: Actui interno efficaci; nam indubie praestantior est voluntas efficacior, & quae de facto habet adjunctum actum exteriorem, quam inefficax, quae non est nata habere adjunctum actum exteriorem.

Dixi tertio: Formalem bonitatem vel malitiam; quia in primis Omnes admittunt, actum exteriorem superaddere bonitatem vel malitiam obiectivam. Praeterea certum est, actum exteriorem habere aliquem fructum seu effectum, quo actus interior caret: v. g. Sacramenta novae legis dant gratiam ex opere operato, quam non tribuit voluntas efficacior ea suscipiendi: prout etiam exicit Deus martyrium externum & completum ad similem effectum, cuique aureolam tanquam praemium aliquod accidentale annexit. His praenotatis:

80. Multi docent actum exteriorem non superaddere formalem bonitatem vel malitiam actui interiori.

D. Thomas Scotus. Herinc.

Ad quaestionem propositam respondent multi DD. negativè cum D. Th. 1.2. q. 20. art. 4. Et consonat Scotus (inquit Herincx part. 2. tract. 2. disp. 3. de Bonit. & malit. n. 36.) 2. dist. 42. q. 4. n. 2. 16. 17. & 20. constitutus in solo actu voluntatis malitiam seu peccatum formaliter: hoc sensu nimirum, quod actus exterior distinctam formalem malitiam non superaddat. Dum autem Quodlib. 18. a. 3. oppositum responsionis indicat (quod proinde docent plures Scotistae) partim loquitur non resolutivè, utens suo solito: *Potest dici*; partim explicari potest de bonitate & malitia obiectiva, quam specialem addit actus exterior interiori. Hæc ille. Quæ lubet partim profundius investigare, ne ulterò & sine necessitate desiscamus à mente Doctoris Subtilis, quod absit à nobis ejus discipulis.

81. Examinatur mens Scoti.

Peccatum non potest esse formaliter nisi in voluntate.

Itaque quantum ad primum locum Scoti, scilicet 2. dist. 42. q. 4. ut probè intelligamus, quis sit sensus ejus, operæ pretium erit, verba Scoti subscribere: *Secundò dico, quod licet peccatum non possit esse formaliter nisi in voluntate vel in actu eius; materialiter tamen potest esse in istis actibus dictis, scilicet cogitatione, sermone & opere: quia secundum Anselmum ubi supra (de peccato originali cap. 4.) voluntas est motor in toto regno anime, & omnia obediunt sibi. Sicut ergo voluntas tenetur habere in actu suo rectitudinem, sic tenetur habere*

illam in aliis actibus exterioribus, ad quos cooperatur ut motor. Sicut agitur movendo recte potentias inferiores; actus earum sunt recti, rectitudine participatà; ita etiam per oppositum movendo non recte, sunt actus earum non recti, quam rectitudinem debet voluntas illis dare; & ita movendo eas non recte, privat eas illa rectitudine. Ita Scotus supra n. 2.

Porro n. 16. sic inquit: *Quantum ad secundam, dico, quod malitia vel peccatum est in sermone materialiter, formaliter vero in voluntate; & in voluntate recta ratio iudicat omnes actus humanos debere esse recte circumstantiatis, rectitudine sibi debita, scilicet participatà, loquendo de actibus potentiarum inferiorum; sed actus potentia motiva subest voluntati: ergo debet esse circumstantiatis & rectus rectitudine sibi debita, ut quod transeat super materiam debitam, ut videtur ad debitum finem, ut scilicet adhaere proximo, & quod notificet illud, quod est in conceptu mentis; aliter enim esset mendacium. Ex defectu igitur alicuius circumstantie, quam debet imperare voluntas, est peccatum & malitia formaliter in voluntate, & materialiter in sermone.*

Et prosequitur n. 17. *Ad primum argumentum dico, quod usus instrumenti ad finem suum licet in se non sit formaliter malus, potest tamen esse malus materialiter, in quantum imperator est voluntate, in qua est malitia formaliter &c.*

Adde quod habet n. 20. *Ad quaestionem quartam dicendum, quod Hieronymus non dicit hic peccatum actuale formaliter, nec substantiam peccati formalem, quia hic est actus voluntatis, & non cogitatio, nec sermo, nec opus exterior; nec etiam originale peccatum, quia illud est solum in anima; sed distinguit hic tantum substantiam materiale peccati. Ecce verba Doctoris Subtilis, quorum sensus est (ut placet Herincx supra) quod actus exterior distinctam formalem malitiam non superaddat actui interiori.*

Ego autem dico, sensum illorum verborum esse, quod malitia primò & formaliter non fit nisi in aliquo actu voluntatis: ergo actus exterior distinctam formalem malitiam non superaddit actui interiori, nego Consequentiã: quippe qui affirmat malitiam primò & formaliter non esse nisi in aliquo actu voluntatis, non ideo negat aliquam malitiam secundò & formaliter esse in actu exteriori.

Hunc esse sensum Scoti, colligo ex verbis ejus eadem quaestione nu. 1. *Ad quaestionem primò & formaliter non est, nisi in aliquo actu voluntatis. Probatio: quia iustitia habitualis, & actualis distinguitur contra peccatum originale, est iustitia, ut distinguitur contra peccatum actuale, est in voluntate ergo peccatum originale & actuale est in voluntate. Hoc satis patet per Anselmum de peccato originali cap. 4. Item Augustin. 3. de lib. arb. Causa prima peccandi est voluntas: nihil enim*

est peccatum, nisi nihil est in potestate voluntatis impunitabile; & in quod defectus voluntatis sequitur, primò, & in alio

Præterea omni ter voluntatem, præter voluntatem actionem; hoc est lib. arbit. causa non agit, nisi si ab alio: & ideo vituperabilis; & catum. Ex quo sequitur hoc est in Scotus.

Itaque non formalem, actus sermoni & operum primarium huius præfixum esse in actibus licet, quod exprimit statim videbitur.

Nec obstat hic dicat Scotus teraliter extrinsecum non habere malitiam, quæ tunc subiecta, & malitia, secundò dist. 27. cando definitio ejus materiale rationem, quæ egerat velle habere autem explicata competere alii voluntatis subfinit an falsò; clarè cet Scotus Quæ verborum?

De tertio præ actus exterior, sem moralem præ interior elicitus Divi Augustini.

namque ita sit coris alienus, cum qui nequit bibente, nullo bendere audent quoniam sicut actor in deficiente benedictione & flagitium, quia videtur & hic miser est

DOSCO

Secl. 11. De Distinct. numerica Peccator. Concl. 4. 839

est peccatum, nisi quod est in potestate facientis; & nihil est in potestate facientis, nisi quod est in potestate voluntatis eius; quia nihil prater hoc est imputabile; & ideo dicit 12. de Civit. cap. 8. quod defectus voluntatis sequitur debita pena, ex quo sequitur, quod in solo velle est peccatum primò, & in aliis non nisi mediante velle.

Praterea omnis causa activa in universo, prater voluntatem, est naturaliter activa: ergo nulla prater voluntatem est vinuperabilis propter suam actionem; hoc enim patet per Augustinum 3. de lib. arbit. causa enim naturalis secundum eum non agit, nisi secundum quod accipit, ut agit, ab alio: & ideo in nulla sua propria actione est vinuperabilis; & ideo in nulla actione sua est peccatum. Ex quo sequitur, quod in cogitatione, sermone & opere non est peccatum formaliter & primò, sed hoc est in solo actu voluntatis. Haec tenet Scotus.

Itaque non negat omnem malitiam, etiam formalem, actui exteriori, puta cogitationi, sermone & operi, sed solum malitiam formalem primariam: asserit autem (inquit Scholium prefixum nu. 1.) malitiam distinctam esse in actibus externis, sed minus principaliter, quod expressissimè tractat Quodl. 18. a. 3. ut statim videbitur.

Nec obstat (inquit idem Scholium) quod hic dicat Scotus, peccatum esse tantum materialiter extra voluntatem; quia intendit non habere malitiam, nisi dependenter à voluntate, quā tamen non rectificantem potentias subiectas, in ipsis etiam potest esse distincta malitia, sed major in voluntate. Sic supra dist. 37. qu. 2. §. Concedo igitur, explicando definitionem peccati, dicit, velle esse ejus materiale, scilicet in ordine ad privationem, quae est ejus formale: non tamen negat velle habere malitiam intrinsecam. Hic autem explicat ideo peccatum materialiter competere aliis potentis, quia libertati voluntatis subsunt. Huculque Scholium: verè an falsò, clarissimè apparebit ex his, quae docet Scotus Quodl. 18. a. 3. sub hac forma verborum:

De tertio principali, primò potest dici, quod actus exterior, scilicet imperatus, habet bonitatem moralem propriam aliquam aliam, quam actus interior elicitus. Probat primò ex auctoritate Divi Augusti. 13. de Trinit. cap. 5. ibi: Quis namque ita sit mente cecus, & ab omni luce decoris alienus, ac tenebris dedecoris involutus, ut probatur ex eum qui nequiter vivit ac turpiter, & nullo probibente, nullo ulciscente, & nullo saltem reprebendere audente, insuper & laudantibus plurimis; quoniam sicut ait Scriptura divina: Laudatur peccator in desideris animae suae, & qui iniqua gerit benedicitur; implet omnes suas facinorosissimas & flagitiosissimas voluntates, ideo beatum dicit, quia vivit ut vult: cum profectò quamvis & hic miser esset, minus tamen esset, si nihil co-

rum, quae peccatam voluisset, habere potuisset, mala enim voluntate vel solà quisque miser efficitur, sed miserior potestate, quā desiderium mala voluntatis impletur.

Ad hunc locum Adversarii variè respondent; Aliqui, August. non loqui de miseria peccati apud Deum, sed apud homines, id est, de miseria pœnae, seu incommodis, quae sequuntur ex actu exteriori, v. g. ex furto, ex adulterio &c.

Sed contra primò: Patens est (inquit Scotus supra) quod hoc non potest intelligi de miseria pœnae; quia desiderans, & non potens habere, quod desiderat, plus habet de pœna, quam ille, cuius desideria impletur (juxta illud Proverb. 13. v. 12. Spes quae differtur, affligit animam) Intelligitur igitur de miseria culpa: actus igitur malus exterior addit ad miseriā culpae, quae praesit in actu interiori malo.

Siquidem Augustinus loquitur de necessariis ad beatitudinem. Omnes (inquit) Beati habent quod volunt, quamvis non omnes qui habent quod volunt, continuo sint beati. Continuo autem miseri, qui vel non habent, quod volunt, vel id habent, quod non rectè volunt. Beatus igitur non est, nisi qui & habet omnia quae vult, & nihil vult male. Ergo loquitur de miseria opposita verè beatitudini, quae est peccatum apud Deum.

Porro tali sensu miseriorem esse, qui habet quod concupiscit, docet cap. sequenti hinc verbis: Longius ab illa (scilicet beatitudine) est, quicumque adipiscitur malè concupita, quam qui non adipiscitur concupita, cum potius eligi debuerit voluntas bona atque praeponi, etiam non adimpleta, quae appetit: propinquat enim beato, qui bene vult quaecumque vult, & quae adeptus cum fuerit, beatus erit.

Praterea opponitur huic interpretationi; quod plures sint actus exteriores, ex quibus non sequuntur mala vel incommoda, v. g. actus imperati intellectus & appetitus sensitivi. Et verò quod malum vel incommodum sequitur ex pollutione voluntaria, ut propterea per hanc censetur homo fieri miserior, quam per internum actum efficacem? Sanè interdum sequi potest bonum & commodum, puta sanitas corporalis; & tamen Augustinus generaliter loquitur de omni actu exteriori. Haec igitur expositio verborum Divi Augustini: quam insinuat Herincx supra n. 42. non satisficit.

Neque illa, quam ibidem primo loco affert, dicens: Malum verè reddi miseriorem potestate occasionaliter, eò quod operis exercendi facultas occasione tribuat, ut illud velit frequentius, intensius & efficacius; cum alioquin advertens sibi deesse vires complendi, ab efficaci illius desiderio, immò & à cogitatione ejusdem, desistere solet. Haec ille.

Sed contra (inquit Felix de Bonit. & mal. cap. 7. dist. 2. nu. 5.) doctrina Augustini est uni-

87. Responso Adversa. riorum.

Oppugnatus primo ex Scoto.

s. August.

88. Oppugnatus secundo.

Herincx.

89. Secunda responso Adversa. riorum.

Oppugnatus ex Felice, uni-

entia  
ad quos  
movendo  
sunt recti  
oppositum  
in velle  
dare; & ita  
rectitudine, ita  
Quantum ad  
peccatum est  
verò in voluntate  
actus humani  
rationis, rectitudine  
loquendo de actibus  
actus potentia  
debet esse circum  
tudine sibi debita, ut  
debitam, ut  
soluta adhaeret proxi  
mum, quod est in con  
suetudine. Ex  
miseria, quam debet  
et malis sumis  
realiter in sermone.  
Ad primum argumen  
tum ad sumum  
malus, potest tamen ad  
quantum imperat  
sua formaliter est.  
20. Ad quaestiones  
Hieronymus non dicit  
maliter, nec subiectum  
est actus voluntatis,  
nec opus exterioris,  
quia illud est solum  
hic tantum subiectum  
verba Doctoris Sub  
ut placet Herincx  
tor distinctam forma  
addat actui intentioni  
sunt illorum verbo  
primò & formaliter  
voluntatis; ergo  
formalem malitiam  
teriori, nego Conclu  
emat malitiam primò  
sibi in aliquo actu  
negat aliquam malit  
ter esse in actu ex  
collego ex verbis  
1. Ad quaestiones  
scilicet quod malitia  
nisi in aliquo actu vo  
luntatis habitus, ad  
originali, & actuali  
a peccatum actuale, est  
gignale & actuale est in  
per Anselmum de Per  
Augustin. 3. de lib. arb.  
voluntas; nihil enim

84. Quia actus voluntatis non est in potestate facientis, nisi quod est in potestate voluntatis eius; quia nihil prater hoc est imputabile; & ideo dicit 12. de Civit. cap. 8. quod defectus voluntatis sequitur debita pena, ex quo sequitur, quod in solo velle est peccatum primò, & in aliis non nisi mediante velle.

85. Praterea omnis causa activa in universo, prater voluntatem, est naturaliter activa: ergo nulla prater voluntatem est vinuperabilis propter suam actionem; hoc enim patet per Augustinum 3. de lib. arbit. causa enim naturalis secundum eum non agit, nisi secundum quod accipit, ut agit, ab alio: & ideo in nulla sua propria actione est vinuperabilis; & ideo in nulla actione sua est peccatum. Ex quo sequitur, quod in cogitatione, sermone & opere non est peccatum formaliter & primò, sed hoc est in solo actu voluntatis. Haec tenet Scotus.

86. Itaque non negat omnem malitiam, etiam formalem, actui exteriori, puta cogitationi, sermone & operi, sed solum malitiam formalem primariam: asserit autem (inquit Scholium prefixum nu. 1.) malitiam distinctam esse in actibus externis, sed minus principaliter, quod expressissimè tractat Quodl. 18. a. 3. ut statim videbitur.

87. Nec obstat (inquit idem Scholium) quod hic dicat Scotus, peccatum esse tantum materialiter extra voluntatem; quia intendit non habere malitiam, nisi dependenter à voluntate, quā tamen non rectificantem potentias subiectas, in ipsis etiam potest esse distincta malitia, sed major in voluntate. Sic supra dist. 37. qu. 2. §. Concedo igitur, explicando definitionem peccati, dicit, velle esse ejus materiale, scilicet in ordine ad privationem, quae est ejus formale: non tamen negat velle habere malitiam intrinsecam. Hic autem explicat ideo peccatum materialiter competere aliis potentis, quia libertati voluntatis subsunt. Huculque Scholium: verè an falsò, clarissimè apparebit ex his, quae docet Scotus Quodl. 18. a. 3. sub hac forma verborum:

De tertio principali, primò potest dici, quod actus exterior, scilicet imperatus, habet bonitatem moralem propriam aliquam aliam, quam actus interior elicitus. Probat primò ex auctoritate Divi Augusti. 13. de Trinit. cap. 5. ibi: Quis namque ita sit mente cecus, & ab omni luce decoris alienus, ac tenebris dedecoris involutus, ut probatur ex eum qui nequiter vivit ac turpiter, & nullo probibente, nullo ulciscente, & nullo saltem reprebendere audente, insuper & laudantibus plurimis; quoniam sicut ait Scriptura divina: Laudatur peccator in desideris animae suae, & qui iniqua gerit benedicitur; implet omnes suas facinorosissimas & flagitiosissimas voluntates, ideo beatum dicit, quia vivit ut vult: cum profectò quamvis & hic miser esset, minus tamen esset, si nihil co-

universalis, & sæpe actus exterior non est causa, ut interior intendatur, vel magis perseveret, sed potius ut totaliter cesset. Secundò: quia desiderium malæ voluntatis non impletur actu interiori intensiori, sed actu exteriori. Hæc Felix.

Profectò experientia docet, sæpe per multos dies, imò & menses & annos, permanere desiderium efficax copulæ carnalis, quod desiderium hodie cessaret, si hodie desiderium malæ voluntatis impletur. Similiter desiderium efficax occidendi inimicum si hodie impletur, hodie cessaret: sed quia non impletur, ideo extenditur aliquando ad multos annos. Ergo per talem actum externum malus verè non redditur miserior, si actus externus nullam superaddat malitiam formalem actui interiori.

90. Tertia res sponso rejectur.

Quod Alii respondent, hominem esse miserum per voluntatem inefficacem malam, & miseriores per voluntatem efficacem, verum quidem est, sed non est mens D. Augustini illo loco: nam desiderium malæ voluntatis non adimpletur solâ voluntate efficaci, sed ultimâ opere exteriori; ergo & de hoc opere loquitur D. Augustinus, & non de sola voluntate efficaci.

91. Quarta res sponso Oppugnatur à Felice.

Aliqui existimant Augustinum tantum velle, quòd malitia actus interioris magis extendatur opere exteriori. Sed contrà: vel eadem numero malitia, quæ est in actu interiori, est per extensionem in exteriori; vel alia malitia numero diversa. Non primum: nam idem accidens numero non est in diversis subiectis discretis. Si secundum, habetur intentum. Ita Felix supra n. 6.

Replicat Adversarium.

Sed facile responderent Adversarii, eandem numero malitiam, quæ est in actu interiori, esse per extensionem in exteriori, id est, extrinsecè denominare actum exteriorem malum, sicuti eadem numero libertas actus interioris est per extensionem in actu exteriori, id est, extrinsecè denominat actum exteriorem liberum.

Fundamentum eorum.

Atque hoc sit fundamentum contrariæ sententiæ (quidquid sit de mente D. Augustini, quæ non est clara, ut patet ex aliis locis infra allegandis) videlicet eandem esse malitiam actus interioris & exterioris, sicuti eadem est libertas, intrinsecè quidem & formalis in actu interiori, solùm autem participata & extrinsecè in actu exteriori. Etenim bonitas & malitia fundantur in libertate.

92. Responso Felicis, qui pro se citat Scotum.

Respondet Felix supra num. 11. Cùm libertas solùm sit conditio ad bonitatem vel malitiam, illâ non multiplicatâ multiplicantur istæ. Unde diff. 1. n. 9. docet bonitatem & malitiam formaliter & intrinsecè esse tam in actu interiori, quàm in exteriori. Citat Scotum Quodl. 18. art. 3. ubi sic lego: Bonitas

moralis est integritas eorum, quæ secundum rectam rationem operantis dicuntur debere convenire ipsi actui. Est autem alia integritas eorum, quæ secundum dictamen rectæ rationis debent convenire actui interiori, & eorum, quæ actui exteriori; igitur & alia bonitas moralis, & per consequens alia malitia moralis; & hoc sive privativa tantum, quia alia carentia eorum, quæ debent convenire; sive contraria, quia alia disconvenientia repugnant illis, quæ debent convenire.

Probatio minoris: Recta ratio non dicitur actui convenire debere, quod impossibile est sibi convenire: nunc autem actui exteriori impossibile est convenire illud, quod convenit actui interiori, vel convenire potest; & hoc intelligendo de utroque actu ut in esse reali, & de eo quod sibi convenit ut in tali esse; licet enim actui exteriori in quantum est obiectum volitum, & non ut actu elicitio, possit aliquo modo competere denominative, denominatione quædam exteriori illud, quod convenit actui interiori realiter; non tamen idem eodem modo convenit illi & isti; quia etiam potentia operativa non sunt capaces eiusdem actus, imò nec eiusdem rationis; nec per consequens actus illi essent capaces conveniuntia eiusdem rationis; vel ad minus (quod sufficit ad propositum) poterunt habere convenientiam aliam & aliam, Hactenus Doctor Subtilis.

Sed ab Aliquibus intelligitur de bonitate & malitia objectiva, non autem de formali & intrinsecè. Mirum sane, quòd tantum laboraverit Doctor ad probandam bonitatem & malitiam objectivam, quæ ab omnibus admittitur: laboraverit (inquam) objiciendo sibi ipsi argumenta difficiliora, eaque dissolvendo.

Primum est: Eadem est veritas actus intelligentis, & ipsius obiecti intellecti: igitur pari ratione eadem est bonitas actus volendi, & obiecti voliti. Antecedens videtur manifestum in exemplis: quia sicut veritas principii est immediata, si natura eius potest dici immediata, & conclusioni mediata. Similiter notitia principii est ex terminis, & conclusionis ex principii; sic istis competunt veritas.

Respondet Scotus num. 14. Etsi, quod eadem veritas, quæ est ipsius actus intelligendi formaliter, sit quodam alio modo, scilicet obiectivè ipsius obiecti intellecti, & hoc in quantum obiectum habet esse in ipso intellectu: & consimiliter bonitas, quæ est formaliter actus volendi, sit quodammodo denominativè ipsius obiecti voliti in quantum volitum est; tamen actus ille bene potest habere aliquam bonitatem propriam, in quantum positus in esse reali extra voluntatem, sicut in esse suo reali habet propriam convenientiam debitam, vel disconvenientiam.

Ex quibus verbis sumserunt Quidam occasionem, explicandi Scotum de bonitate & malitia objectiva: sed perperam, cùm præter bonitatem & malitiam objectivam agnoscat aliquam bonitatem & malitiam propriam, utique

utique formatur n. 16. Insuper non est tunc argumentum de Iustitia habitus, ut diffinitur, ut diffinitur enim per extendendo, & via, quia voluntas est, tenet in elicitio. Si autem cundaria, illa subiective, sed de ista potest aliter; quia illa voluntati formati causa, vel imposita tamquam ratio alia argumentum.

95. Scotus admittit propositum bonitatis in actu exteriori.

Solum ad bonitatem & etiam admittit sic enim scribitur, scilicet dicitur postea in pendo solum est immediatè quod solum velle imputabile generatè in potestatem proprie est mediare in potestatem volendi se est in potestatem cupimus actus exterioriorem ponere.

96. Admittit nam dictam rationem voluntatis.

Si arguas nisi mediante hoc sequitur per alia imputabilia nec ratio mediatæ declarari, sicuti quamquam tenent fundamentis minimum: actus ta; igitur licet est, actibus eadem voluntatem alia causabilitate causa, licet & Cæterum ita etiam diffinitur Scotus tenor separatu illo positus in e qua effectus nisi ponatur in effectus propriam coniungitur tunc ille exteriori voluntatis, &

utique formalem, est secundariam, ut loquitur n. 16. ibi. Quando igitur dicitur, quod iustitia non est nisi in voluntate (hoc fuerat tertium argumentum in oppositum) verum est de iustitia habituali, quae est rectitudo propter se servata, ut dicitur Anselmus (de lib. arb. c. 8.) servatum enim proprie convenit habitui; vel magis extendendo, verum est de iustitia actuali primaria, quia voluntas illam propter se servat, hoc est, tenet in actu, suo quem illa iustitia rectum elicit. Si autem sit sermo de iustitia actuali secundaria, illam oportet dicere esse voluntatis non subiectivae, sed causaliter tantum; & ita adhuc de ista potest aliquantulum salvari distinctio illa iustitiae; quia illa est rectitudo voluntatis, non ut voluntati formaliter inherens, sed voluntatis, ut causa, vel imperantis. Est etiam propter se servata tamquam effectus voluntarie positus. Omitto alia argumenta Scoti, ne longior sim.

Solum adverto, ipsum, praeter propriam bonitatem & malitiam actus exterioris, etiam admittere propriam imputabilitatem; sic enim scribit n. 20. De secundo in isto articulo, scilicet de imputabilitate, patet ex distinctione posita in secundo articulo, si stricte accipiendo solum illud dicitur imputabile, quod est immediate in potestate voluntatis, patet, quod solum velle & nolle est imputabile. Si autem imputabile generaliter dicatur illud, quod est simpliciter in potestate voluntatis, sic actus imperantis proprie est imputabilis; quia est non sit immediate in potestate voluntatis, est tamen mediante actu volendi, qui actus non solum secundum se est in potestate voluntatis, sed etiam ut principium actus exterioris; quia voluntas potest per intermedium ponere illum exteriorem.

Si arguas, quod ille non est imputabilis nisi mediante isto. Respondet Doctor: Ex hoc sequitur propositum, quod illius & istius est alia imputabilitas: idem enim non est medium, nec ratio mediandi respectu sumptus, & potest idem declarari, sicut prius de propria bonitate; quia quamquam terminus sit idem, tamen in diversis fundamentis sunt diversi respectus ad eundem terminum: actus ille & iste sunt diversa fundamenta; igitur licet imputabilitas conveniat istis (id est, actibus exterioribus) in ordine ad eandem voluntatem, tamen illa erit alia, sicut est alia causalitas, vel aliud subiacere potestati causa, licet causa sit eadem.

Ceterum uti distinctam imputabilitatem, ita etiam distinctam rationem voluntarii agnoscit Scotus n. 21. dicens: Licet actus exterior separatus ab actu interiori, hoc est sine illo positus in esse, non sit voluntarius, & hoc quia effectus remotior non dicitur voluntarius, nisi ponatur in esse per actum interiorum, qui est effectus propinquior: tamen quando actus exterior coniungitur cum interiori, & ex illo procedit, tunc ille exterior, ut distinctus habet rationem voluntarii, & distinctam, quia voluntarii me-

diatè; actus autem interior non sic est voluntarius, sed immediate.

Si igitur secundum Scotum actus exterior, qui coniungitur cum interiori, habet propriam & distinctam bonitatem vel malitiam objectivam, habet propriam & distinctam imputabilitatem, habet propriam & distinctam rationem voluntarii; quidnam etiam habeat propriam & distinctam bonitatem vel malitiam formalem? Profecto etiam actus exterior, qui non coniungitur cum interiori, habet propriam & distinctam bonitatem vel malitiam objectivam; sed quia non habet propriam imputabilitatem, neque propriam rationem voluntarii, nequit habere propriam bonitatem vel malitiam formalem.

Itaque ut actus sit formaliter bonus vel malus, non videtur aliud requiri, quam ut sit conformis vel difformis naturae rationali, & quod sit liber, saltem participative seu mediate: hoc autem competit actui exteriori libero; ergo hic actus habet propriam & distinctam formalem bonitatem vel malitiam; ergo illam superaddit actui interiori.

Quod non repugnat Scripturae Gen. 22. v. 16. Quia fecisti (id est, facere paratus fuisti) hanc rem, & non pepercisti Vnigenito Filio tuo propter me, benedicam tibi &c. ubi Deus voluntatem Abraham pro facto reputat, nec minus gratam habet, quam si opere (quod Deus impediēbat) compleverat. Idem habetur Matth. 5. v. 28. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam merchatus est eam in corde suo.

Similiter loquuntur SS. PP. D. Augustinus l. 1. de lib. arb. c. 3. ibi: Sicut etiam non contingat facultas concubendi cum coniuge aliena, planum tamen aliquo modo sit, id eum cupere, & si potestas detur, facturum esse, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur.

Et Epistolae 49. q. 4. explicans illud Matth. 7. In qua mensura mensi fueritis, sic ait: In voluntate quippe propria metitur bonus homo bona facta, & in ea metitur ei beatus. Itemque in mala voluntate propria metitur malus homo mala opera, & in ea metitur ei miseria; quoniam ibi quisque bonus est, cum bene vult; ibi etiam malus, cum male vult. Ac per hoc ibi etiam fit vel beatus, vel miser, hoc est, in ipso sua voluntatis affectu, quae omnium factorum meritorumque mensura est.

Item Enarr. in Plal. 57. ad illa verba: Et enim in corde iniquitates operamini in terra, interrogat: Iniquitatem foris in corde solo? Et respondet: Audi, quid sequitur: Et cor suum sequuntur manus, & cordi suo famulantur manus. Cogitatur, & fit; aut ideo non fit, non quia volumus, sed quia non possumus. Quidquid vis & non potes, factum Deus computat.

Consonat D. Bernardus Epistolae 77. Quid plenus, quam quod voluntas pro facto reputetur, ubi factum excludit necessitas? Accedat D. Gregorius Homil. 5. in Euang. explicans qualiter

97. Ergo etiam distinctam bonitatem vel malitiam formalem.

98. Contra Augustinum ex Script. Gen. 22.

Matth. 5.

Et ex Divo Augustino.

Item ex D. Bernardo & D. Gregorio

Ooooo Aposto-

Quid sit iustitia

95. Scotus ad primum articulum in ista materia

96. Admittit etiam distinctam rationem voluntarii

97. Obiectio solvitur

98. Admittit etiam distinctam rationem voluntarii

99. Serunt Quidam de bonitate & malitia, cum praeter propriam & distinctam bonitatem & malitiam propriam, adiectam utique

Apostoli reliquerint omnia propter Christum: Cor (inquit) & non substantiam pensat Deus.

99. Responsio. His (inquam) & similibus auctoritatibus sive Scripturæ, sive SS. PP. non repugnat doctrina Scoti: nam facile responderetur, Scripturam & Patres non negare actibus exterioribus bonitatem aut malitiam formalem, meritum vel demeritum; sed solum velle, actum interiorum seculo exteriori esse perfectè malum & dignum pœnâ aternâ, vel bonum & dignum gloriâ aternâ, contra illos, qui falsò existimabant, solum actum exteriorum esse malum vel bonum; nam & hodie tales multi inveniuntur, qui putant se non peccasse, nisi opere exteriori malam voluntatem compleverint.

Opus exterium & internum prohibentur diversis præceptis, ut patet in his: Non furtum facies; &: Non concupisces rem proximi tui. Non mechaberis, &: Non concupisces uxorem proximi tui. Igitur, dicit aliquis, signum est, quòd habeant distinctas malitias.

100. Responsio Herincx. S. Augusti.

Respondet Herincx suprà N. C. Nam (inquit) juxta Augustinum loco cit. de lib. arb. hoc factum est, ut populus rudis Judæorum intelligeret, non solum opus exterius perpetratum, sed etiã intus latentem voluntatem esse peccatum: unde semel prohibetur voluntas interior simul cum exteriori opere, semel seorsim. Quòd si ponatur aliquis ad eò rudis, ut ignoret actum internum esse peccatum, sciat tamen actum externum esse malum, id erit per accidens. Quamquam etiam iste non ignoret malitiam actus interni quomodolibet, sed tantum quòd internus solus non habeat malitiam, adeòque ut sit malus, requirit conjunctionem actus externi. Hæc ille.

Sed ego hanc explicationem non invenio apud Divum Augustinum loc. cit. de lib. arbit. ubi nulla fit mentio vel populi Judæorum, vel ruditatis hujus populi, vel distinctionis illorum præceptorum. Et verò quis populus adeò rudis, ut sciat actum internum prohibitum, & non externum? Ergo planè sufficeret prohibitio actus interni, nisi actus externus superadderet aliquam malitiam distinctam.

Interim nolo uti hoc argumento, dummodo concedatur, Scripturam & SS. Patres non fuisse sollicitos de distinctione malitiarum actus interioris & exterioris, sed solummodò voluisse populo persuadere & inculcare malitiam & bonitatem actus interioris tamquam principalioris, & sine qua nulla est malitia vel bonitas formalis in actu exteriori.

101. Cur SS. PP. minus frequenter meminerint

Ratio autem, cur minus frequenter meminerint bonitatis aut malitiæ secundariæ actus exterioris: quia satis nota erat hominibus, ut propterea non indigeret speciali recommenda-

tionem aut reprehensione, quamvis & subinde eam insinuaverint, ut patet ex D. Augustino & Scoto suprà allegato, & ex Divo Bernardo Epist. 77. ubi de voluntate Martyris, & de ipsius opere Martyris sic loquitur: Pro certo cum non aliunde Martyrium, nisi ex Fidei merito, illam obmerit prærogativam, ut singulariter vice Baptismi securè suscipiatur; non video, cur non ipsa æque & sine Martyrio apud eum tantumdem prosit, cui & sine Martyrio probamento procul dubio imoretur. Profit sane tantumdem dixerim, quantum ad salutem spectat obtentum, non autem ad meriti consilium, quo indubitanter Martyrium antecellit.

Quibus verbis planè dicit, æquale non esse meritum voluntatis perferendi tormenti Martyris, & ipsius operis Martyris, sed quòd majoris meriti esse voluntatem cum opere, quàm sine illo, undecumque id provenit, sive quia occasione operis presentis crevit affectus, & magis perseverat (ut Adversarii respondent, & nos in principio Conclus. insinuavimus) sive quia reverà opus externum superaddit actui interiori distinctam bonitatem formalem, quod Alii contendunt: loquitur quippe Bernardus universaliter, neque est ratio restringendi ad modum per accidens. Itaque verba suprà citata ex eadem Epist. D. Bernardi, quæ paulò inferius habentur, parùm aut nihil favent Adversariis, cum eodem modo (ut notat Vasquez l. 2. disp. 76. n. 8.) debeant intelligi.

Quantum ad verba Divi Augustini et Epist. 49. hæc putat Vasquez suprà ad eò manifesta esse pro ista sententia, ut ea amplius expendere non sit necesse. Ego autem dico: Augustinum illo loco non comparare actum internum cum exteriori; sed ad hoc laborare, ut ostendat, peccata brevissimi temporis, nullissimè puniri aternâ damnatione. Nam continud verbis præallegatis sobtegit: Ex qualitatibus quippe voluntatum, non ex temporum spaciis, sive rectè facta, sive peccata metimur. Alioquin minus peccatum haberetur, arborem deicere, quam hominem occidere: illud enim sit longâ morâ, istius multis, hoc uno icu brevissimo tempore; pro quo tamen exigui temporis tam grandi peccato, si peccata deportatione homo puniretur, etiam minus cum illo actum, quam dignus fuerat, diceretur, quamvis in spacio temporalis, longitudo pœnæ cum brevitate facinoris nullo modo sit comparanda. Quòd ergo contrarium est, si erunt pariter longa, vel etiam pariter aterna supplicia, sed aliis alia mitiora vel acriora, ut quibus tempus æquale, non sit equalis asperitas propter mensuram etiam peccatorum; non in productione temporum, sed in voluntate peccantium? Voluntas quippe ipsa punitur sive animi supplicio, sive corporis, ut quæ delictatur in peccatis, ipsa pleitur in pœnis, ut & qui indicat sine misericordia, sine misericordia reddetur.

Magis urget alius locus ex lib. 1. de lib. Arb.

Arb. ubi disputat ad alterum malum in actu exteriori ergo (inquit) cupiditas, in tamen foris in ipsum malum queris, gas libidinem in non contingat y aliena, probatur cupere, & si potius reus est, qui immò quodam mune dictum: & ipsum magis bidinem factum ter & moraliter objectivè.

Solum ergo ulterius exteriori delendum a exteriori aliqui disputat. Et cum semper aut ferè ipsa operi conj accurate instrudinis interne i reus est, quàm cum semper aut

104. Sed quid d quæ (sicut in lativa est, quæ ætenua dicta sunt tem sententiæ bitur, & à plu

bus proinde factis Conclusio liber superadd ipse sit subje interno, ministum; quid rari in Confess

Sanè (ut h Abus interius phisicè sunt plur phisici contr malitiam form morali estimati in phisicis e unum ens, d moralibus cor

(ut patet ex oscula antee subsequencia nicationis, et tia morali & dem juxta æf entia morali

BOSCO

quamvis & subdistinguitur ex D. Augustino... et ex Divo Bernardino... et de ipsa... Pro certo dicitur... Fides merito, illam... singulariter vice Baptis... video, cur non ipse... in tantam prope, cui... procul dubio unius... erim, quantum ad... rem ad meritum commu... in antecellit.

Arbitri disputat Augustinus cum Evodio de adulterii malitia; & cum Evodius eam quereret in actu exteriori, D. Augustinus ostendit primario inveniri in actu interno. Fortassis ergo (inquit Aug.) libido, id est, interna cupiditas, in adulterio malum est; sed dum tamen foris in ipso facto, quod iam videri potest, malum queris, pateris angustias. Nam ut intelligas libidinem in adulterio malum esse, si cui etiam non contingat facultas concubendi cum coniuge aliena, probatur tamen aliquo modo sit, id eum cupere, & si potestas datur, facturum esse, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur: immo quodammodo magis, juxta illud commune dictum: Propter quod unumquodque est tale, & ipsum magis; siquidem propter internam libidinem factum externum malum est formaliter & moraliter, cum aliis solum esset malum objective.

sed unum: nam sunt vel incitamentum ad carnalem copulam, vel ejusdem complementum. Consimiliter ergo actus exterior, tamen sit ens morale & physicè distinctum, equidem secundum æstimationem moralem est unum peccatum cum actu interiori, quia est complementum illius. Et ita viri docti & timorati utrunque actum ut unum tantum peccatum constitentur; & putant se satisfacisse, si actum externum expellerint, quia in ipso includitur seu intelligitur sufficienter actus internus. Ex quo (inquit Felix de bonis, & malit. cap. 7. dist. 3. n. 4.) maxime displicet Pilius tom. 2. part. 2. disp. 74. a. 3. dicens, actum externum distingui specie ab interiori theologicè, quamvis non physicè; ex eo (ait) quia sunt contra diversa præcepta, & actus specie distinguuntur per præcepta, ex Scoto 2. dist. 6. q. 2. lit. Q. & in 4. dist. 21. q. 1. §. Ad argumenta, lit. H. Sed falsò citat Scotum, ex eo, quòd non calluit ejus mentem, ut inventa præclare patebit. Hucusque Felix. Placet subscribere verba textus, ut Lector videat, quis melius ex illis duobus calluerit mentem Scoti. Igitur 2. dist. 6. q. 2. lit. Q. alias n. 16. scriptum reperio: Respondeo, five peccata mortalia distinguantur per habitus malos oppositos bonis, quales sunt septem habitus boni, quatuor scilicet morales & tres Theologici; five (quod magis videtur) per actus bonos, quales sunt actus decem præceptorum & c. Porro 4. dist. 21. q. 1. §. Ad argumenta, lit. H. aliàs n. 12. Ad probationem dico, quòd est mortale & veniale sint eisdem rationis in genere natura, vel sortè in malitia motus, ut genus virtutis distinguitur contra gratitum & peccatum (non enim idem est esse virtuosum vel vitiosum moraliter, & iustum & peccatorem theologicè: immò quandoque virtuosus est iustior, & magis virtuosus magis peccator, ut aliàs est dictum) sed tamen non sunt ista eisdem generis vel rationis in ratione essentia divine; & ideo nec uniformiter remittuntur. Certè in his verbis nihil est ad propositum. Priora verba aliquam habent apparentiam, sed non probant efficaciter distinctionem Theologicam, maxime specificam; quia ad diversitatem præceptorum sufficit distinctio physica actuum, quæ indubiè reperitur inter actum interiorem & externum, non tantum numerica, sed etiam specifica; quis enim ambigat, voluntatem fornicandi distingui specie physicà ab externa fornicatione? Immo idem actus numero tam physicè, quàm theologicè, potest præcipi distinctis physicè præceptis, ut patet ex dictis Sect. 10. Concl. 11. Neque Scotus loco citato ex professo agit de distinctione specifica peccatorum mortalium, sed solum intendit, divisionem septenariam peccatorum capitalium non esse sufficientem. Unde præallegatis verbis statim

104. Sententia philosophi adum exteriorem distinguere ab interiori theologicè. 106. Rejicitur.

104.

Prohibet aliter per Concl.

Prohibet per se.





subjungit: Sive sic, sive sic, non esset illa divisio septenaria peccatorum capitalium sufficiens; quia primo modo deberent esse septem peccata capitalia, alia ab istis: siquidem infidelitas & desperatio sunt proprie opposita illi septenario, & non sunt contenta sub aliquo istorum septem. Secundo modo deberent esse decem capitalia secundum transgressionem Decalogi. Hac ergo divisio non oportet quod teneatur sufficiens in omnibus malis actibus, sive quoad omnes malos actus, quia iste non sunt primæ radices, nec fortè principalia peccata, sed fortè multum communes ad alia peccata, sicut occasiones peccandi.

Atque ut actus exterior distingueretur specie ab interiori theologicè, adhuc meritò reputarentur unum & non plura peccata; quandoquidem actus exterior non sit formale peccatum absque actu interiori, à quo participat libertatem, quæ est conditio sine qua non formalis malitia.

De cætero, estò Auctores illi, qui docent, actum exteriorem non superaddere malitiam actui interiori, non parùm laborent, ut ostendant necessitatem explicandi actum externum in Confessione, ita ut tandem recurrant ad consuetudinem fidelium, & communem sensum DD. signum (ut aiunt) voluntatis Christi: equidem admittunt primam partem Conclusionis, videlicet actum internum & externum esse duo peccata physicè, quoniam ad multiplicationem concreti significantis formam per modum alteri adjacentis, sufficit multiplicatio subiectorum, & non requiritur, quòd multiplicetur forma; sed peccatum est tale concretum; ergo ad multiplicationem peccati sufficit, quòd actus, qui sunt subiecta, multiplicentur, etiam si malitia, quæ est forma, sit una & non multiplicetur.

Nonne, si eadem albedo extaret in pluribus parietibus, dicerentur plura alba, id est, plura, quæ habent albedinem? Ergo similiter cum secundum illos Auctores eadem malitia extet in pluribus actibus physicis, in actu interno formaliter, in actu exteriori denominativè; quidni actus illi rectè dicantur physicè plura peccata? Nihilominus quia in moralibus moraliter loquendum est, & ambæ actiones in genere moris tenentur esse unus integer actus, meritò censentur moraliter unum peccatum, cum sint unum integrum aggregatum habens in se eandem numero malitiam. Aliud est in pluribus parietibus, eò quòd singuli sint distincta subiecta, neque integrent unicum subiectum. Itaque de prima & ultima parte Conclusionis noli dubitare, sive affirmaveris actum externum liberum superaddere formalem malitiam actui interiori, sive negaveris.

Sed numquid eadem est ratio actus externi vel eventus necessari? v. g. prævideo homicidium in ebrietate, inebrio me, & inebriatus occido inimicum; putas, quia illud ho-

micidium est verum peccatum, distinguitur multiplicandum in Confessione? An verò fatiscio, dicendo: Prævidi homicidium in ebrietate, & nihilominus me inebriavi? Item, dedi venenum inimico, ex quo post aliquot dies obiit, satisfactio, dicendo: Dedi venenum inimico, ex quo prævidebam ipsum certò moriturum? An verò teneor explicare mortem à parte rei susceptam, tamquam unum peccatum cum perreptione veneni? Hic invenio varietatem tententiarum.

Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 3. nu. 6. cum Aliis multis, quos citat, affirmat eventum ortum ex causa, voluntariè appositam & non revocatam, etiam si tunc impediri non possit, peccatum esse & demeritum, non in se, sed in causa; hoc est, denominatione extrinsecà à causa. Ratio (inquit) est: quia ut peccare quis dicatur denominatione aliquè extrinsecà, non est necessaria actu libertas; sufficit esse moraliter & in virtute, sicuti ad consecrandum & administrandum quodlibet aliud Sacramentum, & satisfaciendum precepto recitandi, non requiritur actualis intentio, sed sufficit in virtute.

Confirmat multis exemplis; servi, qui contra mandatum Domini dormiret. Item procurantis pollutionem & causam apponenti, quæ apposità non potest pollutio impediri. Præterea mandantis homicidium, si mandatarium illud exequatur, quando mandans dormit. Et à fortiori emittentis sagittam, vel propinantis venenum; qui verè dicitur peccare cum occidit, estò projectà sagittà & propinato veneno, non sit in voluntate ejus impedire occisionem.

Sin autem prior voluntas fuerit revocata seu retractata per penitentiam, existimatur idem actor ibidem nu. 4. cum Aliis, quos citat, actum secutum naturaliter non esse imputandum culpe. Ratio (inquit) est: quia tunc causa apposità voluntaria non est, cum jam sit revocata. Ergo licet effectus oriatur ex causa apposità, non oritur ex illa, tamquam ex causa voluntaria, ac proinde voluntarius non est.

Exemplo rem declaro: Dediti mandatum alicui, ut nomine tuo Matrimonium contraheret; pernitet mandati, illudque revocatis; at intimare non potes mandatario revocationem, sed potius ille virtute prioris mandati contractum celebrat; ille contractus est à causa voluntaria ortum habuerit, tibi voluntarius non est. Ergo optime potest causa in ratione voluntarii revocari, etiam si effectus eodem modo naturaliter sequatur, ac si revocata non esset. Hæc ille.

Sed contra: Dediti consilium Petro occidendi Joannem, ostendendo medium occisionis; estò revoces consilium, dissuadendo occisionem; nihilominus occisio secuta con-

setur tibi voluntarionem eodem filles occisionem adhibuit, estò voluntaria incisionem, nisi si non est voluntario, cur ob quid damnationem?

Si dixeris in causa, sive quæ sit. Respondentem restituentem peccati? Nec esse peccatum, quod oritur obliquatur disparitas.

Quantum à quòd non valeatiam illam impator, id species cap. fin. de tem & gravitate ali contractus censentur à ju civilem & naturam ad peccatum tractus foret peccatum. Quia (inquit) supplere confessionem peccatis: unum voluntarius facti rei.

Estò: sed ut debere esse voluntarium? Non est, quando ar contrahit, mandatum est Voluntarius ipsum mandatum.

Fateor: fecerit habitum quid continet cupilcentiam a retractionem gitet, quàm de-

Et tamen illa habitualiter ergò voluntaria illa concupiscentia quo probatur consequens causaliter tantum peccatum?

Admitto libertatem virtutis, & bet Sacramentum neat in somnatas expresse no-

107. Omnes admittunt actum internum & externum esse physicè duo peccata.

Probatio à simili.

108. An homicidium commissum in ebrietate sit

BOBICO

setur tibi voluntaria, & obligat te ad restitu-  
tionem eodem modo, ac si numquam dissi-  
lites occisionem; sicuti qui ignem domui  
adhuc, est statim poeniteat, censetur causa  
voluntaria incendiij, & tenetur ad restitu-  
tionem, nisi actu incendium restinguat. Vel  
si non est voluntaria talis occisio aut com-  
bultio, cur obligor ad restitutionem? Num-  
quid damnus involuntarius obligat ad restitu-  
tionem?

Si dixeris: sufficit, quod sit voluntarium  
in causa, sive quod causa voluntarie fuerit po-  
sita. Respondetur: si hoc sufficit ad obligatio-  
nem restituendi; cur non etiam ad rationem  
peccati? Nec enim magis voluntarium debet  
esse peccatum, quam damnus illatum, ex  
quo oritur obligatio restituendi; vel assignetur  
disparitas.

Quantum ad contractum Matrimonij,  
quod non valeat facta revocatione mandati,  
etiam illam ignoret Mandatarius seu Procu-  
rator, id specialiter constitutum est iure posi-  
tivo cap. fin. de Procur. in 6. propter difficulta-  
tem & gravitatem hujus contractus: alioquin  
alii contractus valent, adeoque voluntarii  
censentur à iure in ordine ad obligationem  
civilem & naturalem induendam, cur non  
etiam ad peccatum, supposito quod talis con-  
tractus foret peccaminosus?

Quia (inquis) in contractibus jus potest  
supplere consensum contrahentium; non sic  
in peccatis: unde quamvis talis contractus sit  
voluntarius fictione juris, non tamen à parte  
rei.

Esto: sed unde probas contractum illum  
debere esse voluntarium à parte rei, ut sit  
peccatum? Numquid à parte rei voluntarius  
est, quando ante retractationem Mandatarius  
contrahit, mandante dormiente? Planè (inquis)  
est voluntarius à parte rei habitualiter, sicut  
ipsum mandatum est voluntarium habitualiter.

Fateor: sed quis tibi renuntiavit, volun-  
tarium habituale sufficere ad peccatum? Num-  
quid continuè peccat, qui semel habuit con-  
cupiscentiam alicujus personæ, usque ad ejus  
retractationem, estò amplius nihil minùs co-  
gitet, quàm de illa persona?

Et tamen illa concupiscentia manet volun-  
taria habitualiter usque ad revocationem. Si  
ergò voluntarium habituale non sufficit, ut  
illa concupiscentia sit peccatum actuale, ex  
quo probatur sufficere, ut effectus naturaliter  
consequens causam voluntariè positam, & ha-  
bitualiter tantum permanentem, sit reverà  
peccatum?

Admitto sufficere ad peccatum actuale li-  
bertatem virtualem, qualis sufficit ad conse-  
crandum, & administrandum aliud quodlibet  
Sacramentum: sed quòd talis libertas maneat  
in somno, & tandiu, quàm prior volun-  
tas expressè non retractatur, nemo mihi per-

suadebit. Alioquin cur non valeat consecratio,  
aut administratio alterius cujuslibet Sacramen-  
ti in somno? Perperam igitur Castro Palao  
suprà probat suam sententiam exemplo con-  
secrationis, aut administrationis alterius cu-  
juslibet Sacramenti.

Ad alia exempla ibidem allata facile respon-  
debunt Adversarii, illas actiones seu effectus  
necessarios, reverà non esse, nec debere dici  
peccata, nisi in sua causa; hoc est, solam positio-  
nem cause esse à parte rei peccaminosam, &  
per consequens illam solam in Confessione esse  
declarandam per se loquendo.

Quæ est sententia Vasquez 1.2. disp. 94.  
c. 3. ubi sic ait: Altera pars nostræ sententiæ  
est, privationem illam actus, qui præcipitur,  
quæ ab Adversariis dicitur formalis omisso,  
quoties contingit in somno aut ebrietate, non  
esse peccatum formaliter, eo modo, quo actus  
exterior, qui manet sub potestate nostrâ; idem  
de omni actu prohibito, ut pollutione, ho-  
micidio &c. quamdiu in somnis vel ebrietate  
contingit, dicendum est. Ita Vasquez.

Hanc sententiam Dicastillo disp. 9. de Sa-  
cramento Poenitentia n. 19. vocat probabi-  
liorem, multis pro ea citatis Auctoribus, quos  
vide apud ipsum. Ratio unica est, defectus  
libertatis tum actualis, tum virtualis, tum  
primariæ tum participatæ seu secundariæ, de-  
rivatæ ab actu libero; nam actus liber non  
potest derivare suam libertatem, nisi dum  
actualiter aut virtualiter existit. Cum ergò in  
somnia vel ebrietate nullus actus liber existat  
actualiter vel virtualiter, nulla etiam existit  
libertas participata seu derivata ab actu libero:  
ergò in somnis vel ebrietate nullum reverà  
committitur peccatum formale.

Probatur Consequentia: quia libertas,  
saltem participata, est ad minùs essentialis  
conditio malitiæ moralis & formalis, juxta  
illud D. Aug. lib. 1. Retract. c. 15. Peccati  
reum teneri quemquam, quia non fecit, quod facere  
non potuit, summe iniquitatis & insania est. Et  
lib. de vera Relig. c. 14. Vsq. ad ad peccatum  
voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum  
(proprie dictum) si non sit voluntarium.

Planè (reponit Aliquis) si non sit volun-  
tarium in se vel in sua causa; porro homi-  
cidium, quod contingit in ebrietate, quam-  
vis non sit voluntarium in se, tamen est vo-  
luntarium in sua causa, scilicet in voluntate se  
inebriandi.

Respondeo: sicuti non est voluntarium in se,  
sic neque est peccatum in se: ergò simpliciter  
non est peccatum, sed solum cum illo addito:  
In sua causa, id est, ipsa causa liberè posita est  
peccaminosa & mala malitiâ illius effectus vel  
actionis necessariæ, quæ sequitur in somno vel  
ebrietate: ergò ipse effectus vel actio necessa-  
ria est peccatum, negatur Consequentia; sed  
solum est effectus peccati.

O o o o o 3 Negant

114.  
Responso  
ad alia ex-  
empla.

Sententia  
Vasquez,  
homicidium  
in ebrietate  
non esse  
peccatum  
formaliter.

115.  
Probatur  
Dicastillo.

Libertas  
saltem par-  
ticipata est  
conditio  
essentialis  
formalis  
malitiæ.

Aug.

116.  
Evasio.

Præcluditur

Negant itaque illi Auctores, voluntatem liberam præteritam, id est, nequidem virtualiter amplius existentem, posse communicare alicui actioni externæ libertatem, necessariam ad formalem malitiam: quamquam enim ex jam præteritis possit sumi denominatio extrinseca, v. g. domini, servi, conjugis &c. hæud equidem denominatio actûs liberi à libertate omnino præterita.

117. *Quæ actus non possit denominari liber à libertate omnino præterita.*  
Rationem disparitatis dant; quod forma à qua aliquis denominatur dominus, servus, conjux &c. non denominet primario aliquod aliud subiectum, à quo derivetur denominatio secundaria in aliud; sicuti forma, à qua actus externus denominatur liber, primario denominat actum interiorem, à quo actu denominatio liberi derivatur in actum externum.

Nisi ergo illa forma denominet actum internum, neque denominare poterit actum externum, cum secundaria denominatio in conceptu suo connotet primariam: atqui in somno aut ebrietate non denominat illa forma actum internum liberum; ergo neque externum. Si enim possit denominare actum externum liberum; cur non similiter, immo potius, actum internum? Siquidem non minus potens esse debet libertas jam præterita ad denominandum secundariè liberum actum externum, quam ad denominandum primariè liberum actum internum.

118. *Aliud argumentum pro sententia Vasquezii.*  
Præterea argumentatur Vasquez & Alii post ipsum ex absurdo, quod sequitur ex prima sententia, videlicet posse hominem jam iustificatum & sanctum absque nova libertate peccare mortaliter; v. g. si post venenum propinatum homo pœniteat, antequam mors sequatur.  
*Responsio Adversarium.*  
Ad hoc respondent Adversarii (ut supra vidimus) per illam pœnitentiam, priorem voluntatem omnino destrui, ita ut mors subsequens nullo modo amplius sit voluntaria; nequidem in sua causa.

119. *Contrà arguit Dicastillo.*  
Sed contrà (inquit Dicastillo supra n. 27.) indè sequeretur, eum, qui dedit venenum hodie, si statim haberet actum Contritionis, etiamsi postea antequam confiteatur, sequeretur mors ejus, qui accepit, non debere confiteri talem effectum; quod Auctores illius sententiæ non facile admittent, cum pro virili contendat, universum loquendo effectum secutum esse etiam peccatum, & confitendum.  
*Sed fallitur.*  
Hæc ille.

Ast fallitur, ut patet ex Castro Palao supra ubi n. 7. ex sua doctrina infert, obligationem esse confitendi hujusmodi eventus, ortos ex causa voluntaria non retractata. Aliàs (inquit) ferè numquam quis teneretur confiteri pollutionem & occisionem alterius, sed solum dedisse causam pollutioni vel occisioni, quia data causa pollutio vel occisio impediti non potest; quod est contra communem sensum. Si tamen

(adjungit) revocata fuerit voluntas, quod homicidium vel pollutio sequitur, existimatio non esse obligationem confitendi, ut docet Azor. lib. 1. cap. 7. in fine, & ut probabile & securum reputant supra dicti DD.

An autem possit confiteri tali casu, quod hominem veneno sustulisset, non tangit hic Auctor. Dicastillo putat sequi ex illa sententia, quod non possit, quia accusaret se de peccato non commisso, quod malum est.

Deinde Castro Palao non explicat, an illa retractatio debeat esse supernaturalis, an vero sufficiat naturalis; an debeat esse Contritio Charitate perfecta, an vero sufficiat Attritio. Interim ex ratione & exemplo, quibus probat suam sententiam nu. 4. videtur sufficere quæcumque retractatio sive naturalis, sive supernaturalis; sive justificativa, sive non justificativa: nulla enim est ratio, cur potius una retractatio faciat effectum involuntarium, quam alia.

Verùm nullam sufficere, existimat Vasquez supra nu. 10. quem sequitur Logo disp. 16. n. 443. & sequentibus; quia effectus ille tantum est voluntarius & liber denominativè, in quantum ortum habuit à voluntate præterita libera, non in quantum pendet nunc à voluntate non retractata. Et ratio est clara, quia negatio retractationis non facit voluntatem magis nunc influere in effectum, nec retractatio facit voluntatem minus influere; totus enim influxus ex parte voluntatis est, poluisse causam, quam jam nunc tollere non potest. Cum ergo retractatio non minuat positionem causæ; nec carentia retractationis addat vires causæ jam polite; consequens est; ut voluntas eodem modo influat in effectum sequentem, sive retractat, sive non retractet, quia non influat ullo modo secundum statum præsentem, sed solum secundum statum præteritum, ut præteritus est. Ita Logo n. 446.

Sed hoc est, quod negant Adversarii: existimant quippe influere, non solum secundum statum præteritum, ut præteritus est; sed etiam secundum statum præsentem, id est, ut habitualiter permanet; jam autem post retractationem qualemcumque efficacem, non permanet (ut suppono) voluntas habitualiter.

Quid ergo (dicit Aliquis) si Deus dormienti infunderet gratiam absque præcedente retractatione? Saltem tunc existens in gratia posset peccare mortaliter absque nova libertate.

Responderi posset; eo ipso, quod peccatum ab eo à Deo condonatum est, quod fuit in prima voluntione seu positione causæ, etiam per consequens malitiam actionis externæ esse ablatam seu condonatum, cum actio externa non habeat malitiam distinctam; vel si habeat aliquam

aliquam distinctam potest manere a voluntione. Si namque absque retractatione peccatum ordinariam peccatum Sacramento, vel factum, peccatum deletum, sufficiens malus non

112. *in obsequio.*  
Si rursus Aliaudiendi v. g. poluit causam peccaret.

Respondetur homo mortuus homo ebrius a mortuus nec projectum capax saltem remore. Et do hominem ebrius pro illo statu obligat hominem

123. *in obsequio.*  
Urges: saltem hominem actum quo venenum est illud propinavit causam agritudinis tempore agritudinis

Respondent Alii negant sequenti veneni non est aialis; & quamvis somno sit effectus hominis, facta tati; quod sufficiens peccare à libertate

124. *in obsequio.*  
Sed contrà peccata possunt subdualis effectus fieri à veneno; ergo est peccatum; Secundò: quoniam v. g. mors, quod est voluntaria, voluntaria? An voluntaria in sua est peccatum; Hæc sunt præcipua sententiam.

Neque secundum sequi videtur, peccatum: nam actu alium, quod men instanti, mam & corpus diensis ea dissolventi, quo volens fit; quia in infirmitate dispositio humana Et in carnificet poruerit non

aliquam distinctam, secundaria est, quæ non potest manere absque malitia primaria internæ volitionis. Sive ergo per Deum extraordinariè absque retractione peccatoris, sive per ordinariam penitentiam, Attritionem cum Sacramento, vel Contritionem Charitate perfectam, peccatum internæ volitionis fuerit deletum, sufficit prorsus, ut externus effectus malus non imputetur in peccatum.

Si rursus Alius inferat: Ergo si tempore audiendi v. g. Missam; homo, qui vivens posuit causam omissionis, foret mortuus, adhuc peccaret.

Respondetur N. C. Ratio disparitatis: quia homo mortuus non est amplius homo, sicut homo ebrius aut dormiens. Deinde homo mortuus nec proximè, nec remotè, est subiectum capax; ebrius autem vel dormiens saltem remotè. Denique lex obligat aliquo modo hominem ebrium aut dormientem, licet pro illo statu excusetur; nullo autem modo obligat hominem mortuum.

Urges: saltem sequitur ex illa sententia, hominem actualiter peccare toto tempore, quo venenum operatur ad mortem ejus, cui illud propinavit. Similiter illum, qui dedit causam aegritudini propriæ vel alienæ, a toto tempore aegritudinis.

Respondent Aliqui concedendo totum. Alii negant sequelam: nam effectus (inquiunt) veneni non est actio hominis, sed merè naturalis; & quamvis homicidium in ebrietate vel somno sit effectus naturalis, est tamen actio hominis, facta à potentia apta subdi voluntati; quod sufficit, ut dicatur tunc hominem peccare à libertate in causa.

Sed contrà primò: nam licet tales potentia possint subdi voluntati, tamen hic & nunc talis effectus fit ab illis potentiis, ac si fieret à veneno: ergo sicut quod à veneno fit, non est peccatum; sic neque quod fit ab ebrio. Secundò: quomodo ultimus effectus actionis, v. g. mors, quæ oritur ex veneno propinato, est voluntaria, si continuatio actionis non est voluntaria? Aut si continuatio actionis est voluntaria in sua causa, sicuti ipsa mors; cur non est peccatum, sicuti ipsa mors est peccatum? Hæc sunt præcipuæ difficultates contra primam sententiam.

Neque secunda suis caret. In primis ex ea sequi videtur, in nullo casu homicidium esse peccatum: nam etiam quando homo confodit actu alium, qui statim ibi moritur, in eo tamen instanti, quo dissolvitur unio inter animam & corpus, non est in potestate confodientis ea dissolutio; non enim sequitur in eo instanti, quo voluit movere manum, aut quo læsit, quia in instanti non potest dissolvi omnis dissolutio humana.

Et in carnifice idem apparet claritùs: nam licet potuerit non vibrare ictum, certè quando

jam fortissimè gladium excussit, non est in potestate ipsius detinere ictum in eo puncto cervicis, quæ sectà primùm homo moritur. Quis autem dicit, carnificem non esse voluntariè causam illius necis? Ergo non est necessaria ea immediata & formalis libertas, ad hoc ut actio exterior dicatur homini voluntaria. Ita Arriaga de vitiis & peccatis disp. 45. n. 13.

Respondeo: Nemo negat carnificem esse voluntariè causam illius necis, & ideo peccare quando fortissimè gladium excutit, si mors est injusta; sed negat secunda sententia, ipsam mortem esse voluntariam; quæ necessariò sequitur causam voluntariè positam; esse (inquam) voluntariam sufficienter ad denominationem peccati simpliciter; & idè affirmat illam mortem per se loquendo non esse explicandam in Confessione, cum solum ea, quæ simpliciter sunt peccata, debeant explicari.

Audiamus Vasquez 1. 2. disp. 94. n. 16. Respondeo, secundum eos DD. quorum sententiam secuti sumus, non esse exprimenda (opera externa necessaria) in Confessione; fideles autem plurimi ea explicant, quia nesciunt, ea non esse peccata, vel etiam quia eo facto rectè explicant culpam, quam commiserunt, præbendo causam & occasionem: ideo prohiberi non debent à talium eventuum confessione, præsertim cum ipsa explicatione eventus optimè explicetur, quidquid peccati in causa præcessit, & parum unum ab alio distet. At si quis præcisè ea exprimere vellet, quæ debet, non est cogendus, eventus explicare ratione Confessionis, sed aliquando ratione restitutionis vel irregularitatis; sed satisfaceret præcepto, si diceret, se dedisse proximam causam tali omissioni vel pollutioni. Hæc tenet Vasquez.

Si inferas: Ergo neque actus externus liber per se debet explicari in Confessione. Respondetur N. C. quia hic probabiliter habet formalem malitiam distinctam, aut certè absolute & simpliciter appellatur peccatum, cum actus externus necessarius solum vocetur peccatum in sua causa.

Instabis: quando is, qui venenum accepit, moritur, tunc ille, qui venenum porrexit, incipit denominari homicida: ergo tunc occidit; nemo enim appellatur homicida, nisi qui aliquando occidit hominem: ergo tunc peccat peccato homicidii.

Respondeo Neg. utramque C. sed tunc occidit, & tunc peccat peccato homicidii, quando liberè ponit causam mortis, & facit totum ex parte sua, quod est necessarium, ut mors suo tempore sequatur, secundum D. August. in Psalm. 63. ad illa verba: Quia exacerunt tanquam gladium linguas suas, ibi: Sed ille (Pilatus) dixit in eum sententiam, & insit eum crucifigi, & quasi ipse occidit, & vos o iudei occidistis. Unde occidistis? Gladio lingua: acuisit enim linguas vestras

Arriaga.

125.

Responso.

Vasquez.

126.

Objectio solvitur.

Instancia.

Solvitur.

*stræ. Et quando percussis, nisi quando clamastis: Crucifige, crucifige? Et infra: Ergo verius illi tunc occiderunt, quando clamaverunt.*

127. Denominatio homicidæ, est valde impropria.

Interim non denominatur quis homicida, nisiposito ultimo termino, qui est mors. Unde fieri potest quòd aliquis denominetur primum homicida, quando mortuus est. Num inde bene inferitur: Ergo mortuus occidit? Ergo mortuus peccat peccato homicidii. Itaque denominatio homicidæ valde impropria est, similis denominationi patris: nemo enim denominatur pater, nisi quando post semen à se decisum, & matris utero susceptum, animatur factus, quod fieri potest post ejus mortem. Itaque denominatio homicidæ impertinens est ad rationem peccati, ut patet in mortuo, qui denominatur homicida, etsi tunc nullatenus peccet.

Quòd ergo homo vivens tunc dicatur occidere & peccare peccato homicidii, impropria locutio est, quæ tantum significat tunc poni ultimum terminum occisionis, & peccati antea commissi. Unde verius dicitur, & communiter sic loquimur: Petrus ante 8. dies lethaliter vulneratus, hodie mortuus est; nemo autem dicit: Hodie occisus est. Proinde homicida est, prout illa vox communis usurpatur, ex cujus actione injusta homo moritur; includit ergo peccatum vel præteritum, & addit effectum mortis secutum, ex cujus defectu non dicebaris antea homicida, dicebaris tamen jam peccator, ex actione illativa mortis jam posita.

128. Obiectio.

Rursùm obijcitur: Quando ponitur effectus, v. g. mors, incurritur censura, si quæ lata sit ob homicidium; hæc autem non incurritur nisi ob peccatum: ergo tunc ponitur etiam peccatum.

Diluitur.

Respondetur N. C. nam censura incurritur nunc, propter peccatum præteritum, quod Ecclesia non vult punire, nisi posita conditione effectus secuti. Unde (inquit Lugo disp. 16. n. 353.) contingere etiam potest, quòd incurratur censura ab eo, qui jam per Contritionem vel per Attritionem cum Sacramento est justificatus à peccato præterito: quia censura est pœna, quæ Ecclesia justè punire potest hominem, propter peccatum præteritum. Et sicut excommunicatus, licet per Contritionem justificetur, adhuc manet excommunicatus, donec absolvatur; ita potest, quando jam est contritus, incurrere de novo excommunicationem, propter peccatum præteritum. Hæc Cardinalis.

129. Contrarium placet Castro Palao saltem pro foro interno.

Sed non placet Castro Palao suprà, ubi n. 2. existimat satis probabile contrarium, saltem pro foro interno; quia talis contumax non est, neque inobediens Ecclesiæ mandatis: non igitur debet excommunicari; excommunicatio enim solum ob contumaciam & inobedientiam imponitur. Et confirmo (inquit ille) existens in excommunicatione, si pœnitentes,

statim deberes absolvi, quia excommunicatio solum imponitur ad reprimendam contumaciam, quæ cessante, tollenda est. Si ergo antequam contrahatur jam non es contumax, ut quid medicinalis pœna tibi est applicanda, cum medicinam non indiges?

Pro hac sententia citatur Glossa in cap. Cùm quis 23. de sentent. Excom. in 6. verb. Mandato, ubi sic legitur: *Quid si quis mandatum clericum verberari, & postea a manu invehit, revocavit mandatum, demum mandatum per se antequam revocatio perveniret ad eum? In hac questione videtur tenere Bern. sup. eodem Molieres, talem esse excommunicatum: ad quod bene faciunt iura ibi per eum allegata; & idem per eadem iura ibi tenet Host. Est tamen arg. contra ff. de Acquir. hered. Si quis mihi bona, ad fin. & suprà eod. lib. de Procur. cap. ult. in fine. Inn. ibi dicit talem excommunicatum non esse; tenetur tamen de culpa, de qua alias puniri posuit: Canon enim dicitur requirit Bart. Brxi in fin. questionum sacrum Venetiarum in questione qua incipit: Aliquis mandavit (& est 89.) dixit, quòd talis quoad Deum non tenetur, tamen quoad Ecclesiam excommunicatus est, quòd verum videtur. Hucusque Glossa.*

Consentit Wiggers 1. 2. q. 72. a. 6. n. 18. & plures Alios citat Diana part. 8. tract. 7. resol. 85. Sed nescio, an fide dignus; quia quoad eadem resolutione citat Palaum pro opinione opposita, sed perperam, ut patet ex verbis Palao mox recitatis: signum, quòd Auctorem non inspexit.

Si autem queritur, quid ego sentiam. Respondeo verbis Conclusionis: *Actus externus vel eventus necessarius sufficit, ut incurratur censura tam in foro interno, quam externo, esse peccatum retractatio actus liberi.* Et verò sufficit, quando non præcessit retractatio, Omnes admittunt, neque est ulla ratio dubitandi. Etenim verò potuit Ecclesia rationabiliter velle non punire homicidium pœnâ Irregularitatis, Excommunicationis vel alterius censure, nisi eventus, v. g. mors, adlit, Quippe Ecclesia non melius cognoscit internæ voluntatis efficaciam & gravitatem, quàm ex opere externo vel effectû, ratione cujus etiam potissimum obest bono politico, quod Republica sensibilis respicit. Voluisse autem Ecclesiam sic & non aliter punire, ut certum suppono, est etiam longo tempore post eventus sequeretur.

Cùm ergo in calu posito, qui lethaliter vulneravit, maneat inobediens & contumax, nō lens retractare delictum, quod commisit; habet dubium quin effectû mortis posito, protinus incurrat Irregularitatem, Excommunicationem, aut aliam quamlibet censuram vel pœnam, fortè pro homicidio ab Ecclesia inflictam.

Imò etsi peccatum retractasset, etiam per veram pœnitentiam, v. g. Attritionem cum Sacramento aut Contritionem Charitate perfectam, certò certius incurret Irregularitatem

& alias pœna non requiritur, quæ requiritur in casibus, sed præteriti. Cui fuerit, & quæ nequeat per se esse ratio, quæ mino seu ultio pœna.

131. De censuris & absolutio-

rum puriorum (ut supra) incurritur, quia non tantum per actum, quòd fit, sed se quidem culpam habet accidens contumaciam: hoc censuratum videtur se pro excommunicatione.

Wiggers. Absolutionem nullo in foro talis in censuram fit, ut tunc fit, neque culpabilitatem. Hæc voluntariè potestatis, quæ antequam tem-

sito impedimento Sed contra: cta ad censuram, quàm in jus, in quo ille est contumacia tentia seu do-

in foro fori inciens contum foro conscientie riori.

132. Oppugnatur distinctio fori interni & externi.

Sane quæ quibus DD. pœna seu inobediencia faciunt distinctum conscientie festissimum. In vel excusat in Neque enim v-

finis censurarum incurrantur e foro conscientie sunt? Minime sumptione du-

trariam veritat

per tunc est ad hoc, ut non recipiat hanc pœnam

& alias pœnas extra censuras : ad has etenim non requiritur inobedientia aut contumacia, quæ requiritur ad censuras, neque sunt medicinales, sed purè putè vindictivæ peccati præteriti. Cum ergo peccatum commissum fuerit, & quod factum fuit, infectum fieri nequeat per penitentiam subsequente: nulla est ratio, quare non incurrantur, posito termino seu ultimo effectu actionis, omnes illæ pœnæ.

De censuris Aliqui dubitant, & contrarium putant probabile, saltem pro foro interiori (ut supra vidimus) idque quia tunc talis eventus necessarius non habet adjunctam contumaciam. Probabile est (inquit Wiggers supra) incurri (censuram) saltem in foro fori, quia non tantum incurritur in illo foro propter actum, qui peccatum mortale est, tunc quando fit, sed etiam propter illum, qui per se quidem culpabilis est ex genere suo, & originem habet ex mala voluntate, quamvis per accidens contingat eum non esse formaliter peccatum: hoc enim Ecclesiæ disciplina & finis censurarum videntur exigere. Quare exterius se pro excommunicato deberet gerere, donec Absolutionem, saltem ad cautelam, obtinisset: in foro tamen conscientia non videtur talis in censuram incidisse, quia omissio, ut tunc fit, verè non est peccatum mortale, neque culpabilis, nec habet adjunctam contumaciam. Hæc ille. Loquitur de aliquo, qui voluntariè posuit sibi tale impedimentum operis præcepti, ut illud auferre non sit in ejus potestate, quando debet opus fieri: interim antequam tempus operis venit, dolet, de posito impedimento.

Sed contrà: Non requiritur alia contumacia ad censuram in foro interiori seu conscientia, quàm in foro fori, vel afferatur aliquid jus, in quo illa differentia explicatur. Si ergo est contumacia sufficiens, non obstante pœnitentiâ seu dolore de posito impedimento, ut in foro fori incurrat censura, etiam erit sufficiens contumacia, ut incurrat censura in foro conscientia: vel si non sufficiat pro foro conscientia, neque sufficiat pro foro exteriori.

Sanè quæ communiter allegantur, & ex quibus DD. probant necessitatem contumaciae seu inobedientia contra Ecclesiam, nullam faciunt distinctionem inter forum fori, & forum conscientia, ut inspicienti jura erit manifestissimum. Ergo illa pœnitentiâ seu dolor vel excusat in utroque foro, vel in neutro. Neque enim video, cur Ecclesiæ disciplina, & finis censurarum magis exigant, ut in tali casu incurrantur censuræ in foro fori, quàm in foro conscientia. Nonne hæc judicia diversa sunt? Minimè, nisi quando forum fori præsumptio ducitur, & forum conscientia contrariam veritatem novit.

Ponamus itaque, quòd aliquis publicè pœnitentiâ egerit de lethali vulnere inflicto, & obtulerit omnem satisfactionem necessariam, nescio herculè, quare hic posita morte potius incurreret Excommunicationem in foro fori, quàm in foro conscientia. Si ergò in foro conscientia non incurrat, quia jam non est contumax neque inobediens Ecclesiæ; dico etiam non incurrere Excommunicationem vel aliam censuram, quatenus talis est, in foro fori: vel si incurrat in foro fori, dico, etiam incurrere in foro conscientia, quia non video sufficientem disparitatem.

An autem incurrat in aliquo foro, & consequenter in omni, sub judice lis est. Pro parte affirmativa facit, quòd reverà fuerit contumax & inobediens Ecclesiæ; tali utique inobedientiâ & contumaciâ, quæ ab Ecclesiâ punitur pœnâ Excommunicationis, neque enim punit Ecclesiâ mortem, quæ necessariò sequitur ex vulnere inflicto; sed punit positionem causæ mortis, seu inflectionem vulneris lethalis, non ut merè præteritam, sed ut præsentem in suo effectu. Et quamvis ut præsens non sit amplius formaliter peccaminosa, certè ut præterita fuit formaliter peccaminosa; quòd sufficere videtur, ut nunc puniatur, quando non est formaliter peccatum, immò nehabitualiter.

Breviter: Non punit inflectionem vulneris lethalis, nisi adsit mors; & punit inflectionem vulneris lethalis, si adsit mors: ac proinde hoc ipso, quòd quis infligit vulnus lethale, incurrit debitum illius pœnæ, sicuti qui committit crimen, cui annexa est Excommunicatio ferendæ sententiæ, vel etiam latæ sententiæ, quamvis hic & nunc nondum sit excommunicatus, donec sententiâ vel feratur, vel crimen declaratur, certè ex nunc habet debitum illius pœnæ, à quo non videtur posse liberari per solam internam vel externam penitentiam, seu retractationem peccati commissi.

Nec obstat; quòd censura sit pœna medicinalis: hoc enim intelligitur de se & principaliter, id est, censura magis imponitur propter emendationem delicti, quàm punitiorem. Interim certum est, aliquando imponi sine spe emendationis: sed hoc per accidens est propter obstinationem peccatoris. Et licet tali casu non conducatur ad emendationem hujus particularis, conducere potest ad aliorum emendationem.

Dices cum Suario de Censuris disp. 4. Sect 5. n. 10. Hoc modo esse medicinam, commune est omni pœnæ: at jura aliquid singulare intendunt attribuerè censuræ; nimirum quòd aliæ pœnæ ita sunt medicinae ad præcavenda futura peccata vel ejusdem hominis, vel aliorum, ut tamen præcisè non intendant educere hominem peccatorem ab

Ppppp statu

131.

Wiggers

132.

Oppugnat

133.

Probatur

134.

Solvitur ob-

Impugna-

tur solutio

ex Suario,

